

eam sic diuidemus/ut frequentiores ex locis regiones uel Solæ uel cum paucis aliis unam tabulam fortiuntur: cū maioribus distantis circuloꝝ minus uero habitate minusq; sitibus occupate/cū pluribus similibus sub una tabula in minoribus circuloꝝ distantis cōtineant: Non enī & hic oportet oēs tabulas æque cōmensurabiles simul esse: sed qđ sola in quolibet Solo seruet pportione. Quēadmodū cū unū solū caput describimus: quæ solius capitis sūt/ ut cū solā manu; quæ solius manus sunt; neq; quæ capitis & simul manus sūt figuramus/ nisi qđ sub una figura totū hōiem facimus. Vnde quēadmodū nihil ipedit aliqđ totū aliquando uero minuere: siue in ptibus quādo disunctæ sunt/ quas possumus & augere sigillatim & minuire secūdū frequētiā locoꝝ in tabulis notandōꝝ: Nec procul a ueritate fiet/ sicut initio operis diximus/ si pro circulis rectas lineas describemus: preterea particularibus in tabulis adnotabimus meridianos ipsos nō inclinatos & flexos/ sed inuicē æquidistantes: cū autē in uniuersa habitabili latitudinis & longitudinis termini/ iuxta magnas sumpti distātiā/ nō faciūt in extremis circulis insignes quosdā excessus/ sic nec in quaq; tabulā: Deinde cū iuxta pportione paralleli tabulā diuidentis ad maximū circuloꝝ dicim⁹ fieri decere graduū cōparatiōes: id quoq; ad totā distātiā tabulæ nō quæramus/ sed id solū qđ ab uno extremo ad aliud extremū distat:

**QVAE DECEAT. AD. QVAMQVE. TABVLAM. ADAPTARE.**

Cap. II.

Is igitur præsuppositis huiuscemodi diuisione a grediētes: Europæ Tabulas decem cōstituemus: Aphricæ Tabulas quatuor: totius Asiæ Tabulas duodecim: in tabula uero qualibet summā quādā adiiciemus præponētes cuius cōtinētiæ tabula quæq; sit & quā magna/ & quas habeat regiōes seu puincias: & quā rationē habeat parallelus/ qui per mediam ipsam incedit/ qđ certius fieri potest ad ipm meridianū. Et quæ totius tabulæ fiat circūscriptio: sub ordinātes p regionē qualibet insignū ciuitatū eleuationes assumptas ad magnitudinē maximā: dies in ipsis/ distātiā uero secūdū longitudinem capiemus/ p absentias ameridiano per Alexandriā siue ad ortū solis siue ad occasum ex magnitudine seu numero horarū æquinoctialiū: preterea qbus signorū circulus supiaceat/ & qbus semel aut bis sol supra uerticē fiat: & quō sitū habeat ad Tropicos ipsos: Addidissimus ēt quas supra uerticē; haberēt/ si obseruādo apparerēt latitudines ad ipm æquinoctialē/ hoc est si semper p eosdē parallelōs ducerent/ cū autē ostēderemus in opere mathematico quod fixarū Sphæra uoluit ad cōsequentes orbis reuolutiones & æquinoctialibus signis/ neq; circa polos æquinoctialis sed

circa polos circuli per medium Zodiacum incidentis/ quēadmodū in erraticis nō possunt eadem astra eorundem locoꝝ semp supra uerticē esse/ sed necessario trans ferri alia ad loca magis septentrionalia q̄ prius/ alia uero magis australia: frustra fuisset addicio talis epilogi: cū liceat in sphæra astrorum secūdū hanc Hypotesim in quesitis temporibus ipsius situm ad circulum amborum polorum constituētes/ & circūferentes totam ad permanentis meridiani diuisum latus: considerare signū ipsius tot absens gradibus ab æquinoctiali/ quot parallelus ipse qua sitū loci: Quot per utroq; polos facile fiet animaduertere siue nullatenus locus aliquis sub ducetur per signum illud fixarū siue plures/ & quibus aliqui. His igitur prefinitis/ quæ restant incipiēda sunt:

Expositio oīum summarū quibus continent in **EVROPA** Tabule decem **APHRICA** Tabulæ quatuor in **ASIA** uero Tabulæ duodecim.

Rima Europæ Tabula/ insulas Britannicas continet/ cum ceteris insulis quæ circa ipsas sunt: parallelus per medium ipsarum ductus proportiōnem habet ad meridianum quam undecim fere ad uiginti/ terminatur autē Tabula ab omni parte oceano/ ab oriente Germanico/ ab austro Britannico/ & eo qui Vergiuius appellatur/ ab occasu occidentali/ a Septentrione Hyperboreo & eo qui Deuceledonius dicitur:

**T**hyly ergo insula maximam diem habet horarū æquinoctialium. 20. & distat Alexandria uersus occasum horis æquinoctialibus. 2.  $\frac{1}{2}$ . cōtinet gradibus 23  $\frac{1}{2}$  & 63

**I**uerniæ oppidum eiusdem nominis Iuernis/ maximam diem habet horarū. 17. & distat ab Alexandria uersus occasum horis. 3  $\frac{1}{2}$ . in gradibus. 3 53

**R**heba maximam diem hēt horarū. 17  $\frac{1}{4}$ . & distat ab Alexandria uersus occasum horis. 3  $\frac{3}{4}$ . in gradibus 5 55  $\frac{1}{4}$

**Albionis insulæ**

**L**ondinium maximā diē h3 horarū. 16  $\frac{1}{2}$ . & distat ab Alexandria uersus occasum horis. 3. in gradibus 15  $\frac{1}{2}$  52  $\frac{1}{4}$

**C**aturaetonium maximam diē habet horarū. 18. & distat ab Alexandria uersus occasum horis. 3. in gradibus 14  $\frac{1}{4}$  57  $\frac{2}{3}$

**A**latacastra maximam diem habet horarū. 18  $\frac{2}{3}$ . & distat ab Alexandria uersus occasum horis. 3. in gradibus 16 59  $\frac{1}{2}$

**D**umna insula maximam diem hēt horarū. 19  $\frac{1}{2}$ . & distat ab Alexandria uersus occasum horis. 3. in gradibus 16 62  $\frac{1}{2}$

**V**ectis insula maximam diem habet horarū. 16.  $\frac{1}{2}$ . & distat ab Alexandria uersus occasum horis. 3. in gradibus 14  $\frac{1}{2}$  51